



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

vers. 46.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

quidem in aliis diligendis requiritur. Omnes enim homines amo gen- rali dilectione, plerisque ignoro, itaque actu specie alios non diligo. Cum tamen id necessitas inimici requirit, singulariter eum diligendum, adiuti namque. Cum vero ea necessitas non adeat, vauimquemque ita animo comparatum esse oportere. Sive n. cessitacibus & miseris inimici vellet succurrere. S ne h. canimo neminem posse saluari. Hoc cum omni s doceant, nemo profus dissentiat, manifesta est calumnia a Caluni, qua orthodoxam religionem & doctores traducit. Mihi quidam per facile forte Scholasticorum innimera multitudine id probare, verum in re manifesta, quid opus est testibus? Proponam duntaxat, quæ doctissimus noster Gregorius de Valentia habet in 2.2. d. sp. ut. 3. de obiectis caritatis. q. 3. puncto 2. Secundo queritur de circumstantia inimicitiae, an scilicet ob odium & immitiam, quam proximus erga nos gerat, excusentur, quo minus teneamur illum ex charitate diligere. Et respondendum est etiam negative cum D. Thoma hic art. S. & g. & D. Augustino libro 1. de doctrina Christiana cap. 22. & tract. 8. in primam Epistolam Ioannis. & aliis Patribus ac Theologis communiter. Nam debemus ergo inimicos etiam sic esse affecti, vt neque vnquam illos odio vero prosequamur, & cum necesse fuerit, actu quoque eos diligamus, eisque ex charitate beneficiamus: sed hoc ipsum est teneri ad eos ex charitate diligendos: Ergo tenemur illos excharitate diligere. Minor patet ex dicto puncto precedenti in fundamento secundo.

Maior quoad priorem parem probatur ex scriptura. Matth.  
 5. Auditis, quia dictum est antiquis, diliges amicum tuum,  
 & odio habes inimicum tuum. Ego autem dico vobis, dili-  
 gite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos, ut sitis  
 filii Patris vestri, &c. Ex quibus postremis verbis apparet, in  
 Nom. sal-  
 nu esse  
 tatem, nisi de-  
 legatum  
 tem.  
 esse Christi sententia esse vim precepti. Nam ex precepto ne-  
 cessarium est, quod est necessarium, ut per gratiam simus Dei  
 filii. Sicut etiam idem preceptum patet ex eo, quod ibidem  
 ait: Sic ut abundaverit iustitia vestra plus quam Phariseorum  
 & Scribarum, non intrabitis in regnum celorum. Inter cate-  
 ras namque peruersas traditiones Phariseorum erat illa, quam  
 Christus ibi corrigit, inquit: Auditis, quia dictum est an-  
 tiquis, diliges amicum tuum, & odio habes inimicum tuum,  
 &c. Item patet hoc ipsum ad Rom. 12. Nulli malum pro  
 malo reddite. Et 1. Pet. 3. Non reddentes malum pro ma-  
 lo, nec maledictum pro maledicto, sed & contrario benedicen-  
 tes, quia in hoc vocati estis.

Quod alteram vero partem, scilicet quod teneamur diligere inimicos, & eis benefacere tempore necessitatis, probatur quoque eadem maior ex scriptura. Prouer. 25. Si eliserit inimicus tuus, eiba illum, & si fuerit, porum danti. Quod praeceptum reperit etiam D. Paulus ad Rom. 12. Item ex prima epistola Petri, cap. 3. vbi iubemur etiam benedicere & contrariis inimicis, sicut paulo ante citauimus.

Præterea probatur eadem maior, quoad utramque partem, ratione: Nam omnis proximus, ut saepe dictum est, est ex charitate diligendus: sed inimicus est etiam proximus, cum habeat capacitatem ad beatitudinem, atque adeo etiam ordinem quendam ad divinam bonitatem, qua est obiectum formale charitatis: Ergo inimicus etiam est ex charitate diligendus.

scilicet decimus, inimicos esse etiam actū diligendos tempore necessitatis, atque adeo in preparatione quadam animi, vt D. Thom. inquit art. 9. obseruandum est, dupliciter incidere posse tempus illud necessitatis; Vno modo per se, quantum est ex natura ipsius charitatis, scilicet cum ipse inimicus indigeat Beneficio nostre & beneficij; Altero modo per accidens, ratione videlicet scandalī, aut ipsius inimici, aut aliorum, si quo casu ob eo se sint concurrentes circumstantias tale scandalum secutorum videatur, nisi inimicum aliquibus veniens officiis aut charitatis argumentis prospectauerit. Et utroque necessitatis tempore sine dubio ex charitate inimici diligendus est etiam actū.

Hæc pauca ex grauiſſimo Theologo, cui cæteri ſimilia ſcribunt. Ut appareat nulla conſcientia, aut re-  
Adami Conzen in Euang. Tom. I.

ligione scripturas à sectariis tractari, sed in omnem calumniandi occasionem intentos, hoc vnum agere, vt populum teneant, & doctores veritatis reddant exosos. Interim ad libros prouoco, & probationem tam iniquæ accusationis coram Deo hominibusque expono.

VERSUS 45.

*Vt sitis filii patris vestri qui in caelis  
est, qui solem suum oriri facit su-  
per bonos & malos, & pluit super  
iustos & iniustos.*

QVÆSTIO I.

An non sit filius Dei, qui non amat ini-  
micum?

§. I. **A**rgumentatio Christi est; non esse filios ge-  
nuinos, & veros Dei, nisi quos dilectio inimi-  
corum patri familes facit. *ὁπὼς γέννηται, ut filius, seu fiat.*  
Ille enim & amicis, & inimicis bene facit. Egregie  
hunc in locum Caluinus commentatur. [Quum di-  
serte pronunciet, non aliter ququam fore Dei fi-  
lium, nisi qui ofores suos diligit, quis iam dicere au-  
deat nulla huius doctrina seruanda necesse sit non  
obstringi? Perinde enim est, ac si dixisset, Qui quis  
censeri volet Christianum, inimicos diligit. Horribile  
sane po- tentum, quod mundus tam densis tenebris  
per tria vel quatuor secula obrutus fuerit, ut non vide-  
re disertè iuberi, quid quisque negligit, ex numero  
filiorum Dei expungitur.]

Mihi horrendum sane portentum videtur Calu-  
num ita tenebris obrutum; vt non videret ad salutem  
esse necessarium dilectionem; nec magis se vitæ æter-  
næ certum esse, quam sit dilectionis. Nisi enim im-  
mutabili fide sibi persuaideat; Inimicos se diligere;  
eosque vsque ad extremum spiritum esse amatum;  
non potest certus esse de salute; quæ sine hac condi-  
tione nulli contingit. Si enim hanc legem negligit,  
de numero filiorum Dei, vt ipse ait, expungitur. Chri-  
stum ait, ab effectu probare non alios esse Dei filios, nisi qui  
ipsum mansuetudine & clementia referunt. Si ratio Christi  
efficax est, vt esse sane efficacissima, vox æternæ verita-  
tis; nos quoque eodem modo iudicare oportet. Hic  
quæro primum, cum neget Caluinus ex operibus nos  
reddi certos de electione, cur Christus hic osten-  
dat, non posse nos sine operibus de nostra salute con-  
stare? Deinde de certis sit, futurum, vt mansue-  
tudine & clementia semper Christum referat? De-  
nique cum fateantur Caluiniani se quotidie Dei præ-  
cepta transgredi, experientia etiam doceat, eos odiis  
indulgere, cædes facere, rebellare. An etiam tales cer-  
ti sint inimicos se diligere? Cum etiam amicos fal-  
lant, deprædentur, prodant, occidant.

VERSUS 46.

*Si enim diligitis eos qui vos diligunt,  
quam mercedem habebitis? nonne  
Et publicani hoc faciunt?*

QVÆSTIO I.

*Qua sit dilectio publicanorum?*

§. r. **S**ola amicorum dilectione negat eos habituros  
mercedem; rationem dat, Quia publicani, &  
peccatores etiam amicos diligunt, nec mercedem habent.  
Loquitur igitur Dominus de naturali amico-  
mercedis  
expers est.

rum amore, siue ille sit amicitiae, siue concupiscentiae, qui vera supernaturali, & diuina caritate non nititur. Quicumque enim ita amicos amat, ut inimicos odierit, caritatem non habet, ideo nec mercedem expectare potest a Deo; non enim diligit propter Deum.

§. 2. Non est dubium non modo mercedem operibus promitti, sed etiam fideles a Christo ad bene agendum intuitu mercedis excitari. Publicani ex amore amicorum mercedem non habent, nec vos habituri estis, si inimicos non diligatis; quod frustra diceretur, nisi inimicorum dilectioni mercedem destinaram significaret. Syrus: quae merces vos manet? Verum tum alii, tum vero consulatur huic in locum Chrysostomus. Quemadmodum igitur, responde quæso, videbimus regnum futurum? Quemadmodum sacrum illud merebimur adire vestibulum, qui nec publicanis quidem ipsis inuenimur meliores? Id enim signauit dicendo, Nonne & publicani hoc faciunt? Quod vero vel præcipue doctrinam eius admirabilem facit, ubique cum multo etiam cumulo præmia ponit bonorum, ut est Deum videre, regnum accipere celorum, & in Dei filios adoptari, & Deo similes fieri, & misericordiam consequi, & consolationem mereri, & mercedem recipere copiosam.

Christiani quidam ne amicos quidem diligunt.

Naturaliter fieri potest, opus ciuilibiter bonum.

§. 3. Non omittendum etiam quod Bellarm. lib. 5. cap. 9. de gratia, & libero arbit. demonstrat; naturaliter quadam bona opera agi posse, ut est salutare fratres, & anicos.

Quam frivolum porro sit, quod obiicit Bellarmino Pareus, facile ex eius verbis apparet. [Respondendo, inquit, de opere externe bono datur totum: de bono simpliciter assumptio est falsa. Dominus enim nihil nisi externum salutationis opus cum humanitatis officium tribuit publicanis, id quæ laudat ut suo genere bonum. Vult vero suos, ut recte obseruat Bellarminus non contraria, sed maiora facere, hoc est, vera charitatis officia aliis præstare.] Sensus est, externum opus in publicanis solum est.

Falsa responsio & Domini pronuntiatio repugnans est. Dicit enim Christus, Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? Quod faciunt: Diligunt diligentes se. Non tantum externum opus salutationis impendunt. Imo si salutationis opus externum bonum est, opus est, ut ab interno bono procedat, amorque siue salutationem, siue complexum veritas, nisi ex amore prodeat, simulatus est, non in genere suo bonus, nec a Christo laudandus. Quod si tamen hoc bonum externum effici potest opus, quod Christi laudationem mereatur, potest etiam internum peragi, imò externum sine interno non est bonum. Si enim signum amicitiae exhibere bonum est: Igitur & velle hoc bonum, etiam bonum est. Quin potest ille, qui beneuolentiam signum ostendit, etiam ipsam velle beneuolentiam. Non est opus hoc simpliciter bonum, vitæ æternæ utile, est tamen naturale, & humano modo bonum. Quod probandum erat Bellarmino.

Quod vero hoc loco plerique ἀντιρροῦν vertunt, complecti, cum tamen Beza faciat in Epistolis Pauli aliter se vertere minor. At ille carum gentium salutationes osculo & complexu faciam; quod ut aliquando factum fuisse concedimus, ita semper nego. Plures enim salutationes verbis constabant solis. Neque enim omnes, quod ineptus ille faciebat. Totam basiare Romam, nec Ierosolymam solebant. Erat salutio etiam dextra data Il. α.

Etiam absentiū. Hi vero læti dextra salutabant. Verum constat etiam absentes ἀντιρροῦν salutari. & Syrus hoc loco non amplexum verit, sed salutationem, quæ verbis constat, ita enim habet שְׁלֹמֹה בְּשֵׁלֹמֹה דְּאִרְבֵּי

Schalithun baschelama dachichun. Postulaueritis pacem fratribus vestris. Erat vero illa visitata salutatio שלום שלום Schalom lecha. Pax tibi.

## VERSUS 48.

Estote ergo vos perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est.

## QUESTIO I.

Quanam hic perfectio præcipiatur?

§. 1. Magnam dignitatem fidelium ostendi Cyprianus de bono patientiæ existimat. Sic perfectos dixit fieri Dei filios, sic consummari ostendit & docuit cælesti naturitate reparatos; si patientia Dei patri maneat in nobis, si similitudo diuina quam peccato Adam perdidit, manifestetur & luceat in actibus nostris. Quæ gloria est similem Deo fieri, qualis & quanta felicitas habere in virtutibus, quod diuini laudibus possit equari?

Æquari sine dubio intelligit, assimilari. Nam dixerat Deo similem fieri.

§. 2. Olim illo loco abusi sunt Pelagiani, ut est multis locis apud Augustinum, & apud Bellarminum lib. 1. de amissioni gratiæ, & statu peccati, c. 5.

Obiectio Pelagianorum. Deut. 18. Tu autem perfectus eris coram Domino Deo tuo, Matth. 5. Estote perfecti, sicut pater vester, &c. possumus ergo esse sine omni peccato. Respondio Bellarmini. Triplex est perfectio. Prima, Deum semper actu diligentem, ut beatorum; hac excludit omne peccatum. Secunda, Dei causa omnia deferentem, sequi illi deuotionem; hac est consilii, non præcepti perfectio. Tertia, omnia deferere paratorum potius quam Deum offendere, hac præcepti est. Nec secunda, nec tertia excludit omne peccatum, sed tantum crimen quod caritati ita aduersatur, ut cum ea nequeat consistere. Hanc patres, & orthodoxi perfectionem omnes approbant.

Satis responsum fuerat Pelagianis, nisi omnium turbatrix noua hæresis accederet. Pareus enim licet cum Bellarmino Pelagianos oppugnet, ipsos tamen à Bellarmino vinci dolet: Verum ipsi audiamus.

§. 3. [Questionem hanc prorsus ἀντιρροῦν admittit] Causa scet, ut liber excreseat. Hic de statu peccati disputatur, quæstio de perfectione Sanctorum aliorum spectatur. Argumentum tale est. Perfectus est, cui nihil deest, proinde est sine peccato, sancti debent & possunt esse sine peccato. In solutione Bellarmini obsecuta, frigida, diluta omnia. Tu dicere fallaciam à secundo quid, ut simpliciter in argumento. Propositio loquitur de perfectis simpliciter & omni modo, quo Deus, angeli, &c. perfecti sunt, assumptio de perfectis secundum quid, qualis perfectio cadere potest in viatores, & dicitur perfectio imputationis, & inchoationis, & pag. 50. Eodem redit distinctio graduum, & partium. Maior est vera de perfectione graduum, minor de perfectione partium. Sunt igitur quatuor termini.] Hacenus Pareus, nec se, nec Bellarminum intelligens.

Ecce autem iterum nugæ idioticas. An non ad statum peccati pertinet querere; an sancti in vita sint sine peccato, ne omni, an sine mortali peccato? Quam perfectio nem admittat, quam excludat status peccati? Pelagius statum hominis sancti sine omni peccato, Catholici sine mortali, sectarii cum omni genere scelerum effluene beatificationem docent. Laudo ingeniosam memoriam, reprehendit enim Bellarmini responsum, deinde eam ipse contra Pelagianos ut suam adducit, secundo callide totum dat, ut partem teneat.

Optimam clarissimamque esse solutionem Bellarmini ipse probat. Nam assumptioni: Sancti debent esse per-